



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Thesavrvs Casvum Conscientiæ

Continens Praxim exactissimam De Censvris Ecclesiasticis, Aliisque
Poenis, & Canonicis impedimentis, in Septem Libros distributus ...

Sayer, Gregory

Venetiis, 1627

xvi. De forma absolutionis excommunicationis maioris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13883

7. in 2. art. 1. quæst. 14. vers. Trigesimus tertius casus Angelica. verbo, excommunicati, 5. vers. Casus quartus. Fel. in c. excommunicatus, 1. colum. 3. de heret. S. Anton. 3. p. tit. 24. cap. 32. Ad in. Q. 10. lib. 6. artic. 2. non longe a fine. vers. Ad secundam, & in 4. Sent. tract. de Clauibus, q. 3. princip. vers. Pro huius solutione præmitto. Syluest. verb. excom. 7. casu 6. Tabiena, verbo, excommu. 5. vers. octauus casus, & Caietanus, verbo, excommu. casu 58. Martin. Ledesin. 2. 4. quæst. 2. 5. art. 2. Sotus. 4. d. 2. qu. 11. artic. 4. Concluf. 4. Nauar. in Manuali, cap. 27. numero 9. Couar. in ca. alma mater, par. 1. §. 3. nu. 14. de sent. excommu. lib. 6. Martin. Soc. in c. Inter alta, nu. 57. de sent. excomm. Henric. 1. 13. de excom. c. 8. §. 2. Vgol. de censur. Eccl. Tab. 2. ca. 23. §. 13. nu. 1. & communiter DD. in d. c. significauit, de senten. excommu.
22. *Tertius casus est*, si quis participat cum excommunicato post sententiam latam in participantes, tunc enim tales participantes incurrunt excommunicationem maiorem, ut habetur in capit. statumimus, & capit. constitutionem, de senten. excommu. lib. 6. Hostiensis in Summa lib. 5. tit. de sent. excommu. §. Et quæ sit pena S. Thom. in add. 3. p. qu. 27. art. 2. Gab. 4. dist. 18. quæst. 3. art. 2. conclus. 2. Martin. Ledesin. 2. 4. quæst. 2. 5. art. 2. Sotus. 4. dist. 18. quæst. 1. artic. 4. Concluf. 4. Couar. in cap. alma mater, par. 1. §. 3. nu. 6. Henriquez lib. 1. 3. de excom. cap. 7. §. 7. & cap. 21. §. 5. Vgol. ubi supra; Tab. 2. cap. 23. §. 13. nume. 5. in fine. Et quamuis olim hic tertius casus fuerit planè & simpliciter permissus, ut habetur in cap. Quod in dubijs, de senten. excommu. ut tamen ibi notat Panorm. numer. 3. & DD. communiter tradunt, hodie hæc sententia a solo Papa ferri potest, *Excommunicatio* id est cum omnibus participantibus tibi, ut habetur in d. cap. statumimus. Sed opus est, ut participantes penis canonice adinoneantur, quam excommunicentur, alioquin excommunicatio nulla erit ipso iure si non præmissa speciali monitione feratur; Quod tamen Abb. & Ioann. Andr. restringunt, ad intelligendo quando quis excommunicat participatem excommunicato a se, secus, si excommunicat participantes excommunicato ab alio, ut puta, fert Episcopus hanc sententiam; *Excommunico omnes participantes excommunicato ab Archiepiscopo, vel a Papa.* Qui vero post specialem monitionem sic excommunicatus participauerit, maiorem excommunicationem iudicis decreto incurrat, Dixi, post specialem admonitionem, quia licet Hostiensis in capit. statumimus, de sent. excommu. lib. 6. & Panorm. in cap. petuenerit, 1. de appellat. velint sufficere generalem admonitionem, quoties in genere ferenda est excommunicatio aduersus communicantes cum excommunicato; quorum opinionem Couar. in ca. alma mater, par. 1. §. 3. num. 6. de sent. excommu. lib. 6. ait in praxi receptam esse; Alij tamen ut gloss. in capit. constitutionem, in verbo, Nominatim, de sent. excommu. lib. 6. Martin. Ledesin. 2. 4. quæst. 2. 5. art. 2. §. ibi ubi supra, & DD. communiter docent, non posse eos excommunicari nisi prius nominatim adinoneantur; & eundem colligi videtur ex d. ca. constitutionem, ubi Gregorius X. expresse statuit, *promulgans aliter excommunicationis sententiam non tenere*, unde, in re quæ datur contra communicantes generaliter, non prius illos monendo, tales maiori excommunicatione non ligant, iure si disponente.
23. *Dubium* tamen est, An Episcopus verbi gratia Neapolitanus excommunicare possit participantes cum suo subditos, ab eodem episcopo excommunicato, in alio episcopatu, verbi gratia Auerfano: Quia certum est, quod excommunicare potest participantes cum excommunicato in suo episcopatu. Cui Respondet Ledesin. ubi supra, art. 2. in fine, non posse Episcopum excommunicare non sibi subditos excommunicatione maiori, eo quod cum excommunicato suo subdito participant; Quia ut diximus, sic excommunicandi prius nominatim adinoneantur; episcopus autem vnus diocesis alterius episcopi subditos monere non potest; prohibentur tamen omnes fideles iure Pontificio, ut denunciatur ab vno episcopo, vbi que in Diuinitis & humanis deuentur ad eod. ut nec episcopo liceat sine causa eum denunciare ab ipso participare, ut latius tradit Henriquez libro decimo octavo, cap. 24. §. primo, in anno-

tationibus, litera E. & capitul. 26. §. 3.

24. *Hic demum* omnibus addendum est, quod licet prædictæ per violationem censuræ excommunicationis communiter incurrantur; Ab ipse demum tamen, & alijs quibuscumque ignorantia facti probabilis excusat, ut colligitur ex cap. Apostolica, & gloss. ibi, in verbo, probabilis, de DD. ibidem, de Cleric. excommunicat. ministr. Ignorantia verò crassa, vel supina non excusat. Quod si quis aliquo modo venit in suæ excommunicationis cognitionem, quamuis probabiliter putet eam validam non esse, abstinere tamen tenetur, non secus ac si valida esset, quousque sibi de valore, aut nullitate illius constet; Et si interim non abstinet, & postea excommunicatio deprehendatur valida, penas prædictas incurrit; sicut è contra si deprehendatur nulla, ab his, alijsque penis liber, & immunis erit. Ignorantia etiam probabilis, seu inuincibilis iuris ab omnibus prædictis penis excusat, de qua re, quia latius in l. c. vltim. dictum est, hæc breuiter dixisse satis sit.

De Forma Absolutionis excommunicationis maioris. Cap. XVI.

S V M M A R I V M.

- 1 Absolutionis ab excommunicatione maiori nulla est iure diuino forma præscripta.
- 2 Absolutio ab excommunicatione, quibus modis fieri possit.
- 3 Absolutio, an valeat, si dicatur, [Absoluo te,] non addito, [ab excommunicatione.]
- 4 Conditionis duæ sunt species, vna propria, altera impropria.
- 5 Absolutio ab excommunicatione, sub conditione impropria valide fieri potest.
- 6 Absolutio ab excommunicatione triplex esse potest, inimirum, [simplex, ad cautelam], & [cum reincidentia.]
- 7 Absolutio simplex quidam sit.
- 8 Absolutio cum reincidentia, quæ etiam censenda sit.
- 9 Absolutio cum reincidentia, quibus casibus ab Episcopo, aut alio inferiori dari possit.
- 10 Absolutio cum reincidentia, a quocumque Sacerdote in articulo mortis fieri potest.
- 11 Commode Romam adire posse quis censendus.
- 12 Tempus intra quod quam cito commode potest, quis se presentare tenetur, in foro exteriori arbitrio iudicis relinquatur.
- 13 Impedimento durante, procuratorem ad iudicem ordinatum mitti non tenetur.
- 14 Absolutio ad cautelam, ex Ecclesiæ benignitate in fauorem excommunicatorum introducta est.
- 15 Absolutio ad cautelam, quæ sic appellata.
- 16 Absoluti petens ab excommunicatione ad cautelam, non ideo confitetur se excommunicatum esse, nec presumi potest vere excommunicatus.

1. *Quamuis* nulla certa & determinata absolutionis forma iure diuino præscripta est, sicut tamen in excommunicatione ferenda ea verba necessaria sunt, quibus illa ferri significatur; ita etiam in absolutione ea verba necessario adhiberi debent, quæ excommunicationis remotionem, & adeptam excommunicato communionem restitui significant; cum absolutio sit quasi in integrum restitutio, & in statum pristinum positio, vnde excommunicatio restitueri debet, quod excommunicatio illi absolutus ex Rich. 4. dist. 18. artic. 10. q. 5. Hostiensis in Summa lib. 5. tit. de senten. excommu. num. 74. §. 8. Et qualiter, vers. in maiori. Summa Astens. p. 2. tit. 1. §. art. 3. S. Anton. 3. part. tit. 24.

277 §. 1. Syluest. verbo, Absolutio, 3. nu. 2. & verbo, Absolutio, 6. §. 1. Tabiena, verbo, Absolutio, 3. Angelica, verbo, Absolutio, 3. Martino Led. 2. q. 26. art. 1. Nauar. in Man. c. 26. nu. 9. & c. 27. nu. 12. & in c. 1. in princ. de pen. dist. 6. num. 54. & seq. & in Comm. de Iubileo, Notab. 30. num. 8. Couarr. in cap. alma mater, par. 1. §. 1. num. 6. & num. 7. de sent. excomm. lib. 6. Henr. quez lib. 13. de excomm. cap. 29. §. 1. Vgol. de cens. Eccl. Tab. 2. cap. 30. §. 1. Potest autem absolutio huiusmodi alijsue similib. modis fieri, dicendo, *In Ecclesia communi- nem te recipio: vel Ecclesie communi- nem tibi restituo.* Item, *Remitto, vel relaxo tibi vinculum excommunicationis quo constitutus teneris, vel Absoluo te a vinculo excommunicationis quo constitutus teneris, vel Absoluo te a vinculo excommunicationis.* Secus autem si quis verbis illis uteretur, quibus dicitur absolutio excommunicationis, nec persona que absoluitur, recte exprimitur. Vnde sicut excommunicatio non fertur per verbum *Maledico*; ita nec absolutio tributa intelligitur, per hoc verbum, *Rebenedico*; Neque Papa alieui scribendo, & premitis illa verba, *saluam, & Apostolica benedictione*; ab excommunicatione censetur absolueri, vel haberetur in casu aliquando, de sentent. excomm. & Clemon. Si summus, tit. eodem. Palud. 4. d. 18. q. 6. art. 2. in fine. Summa Astenfis, par. 2. lib. 7. tit. 1. §. artic. 3. q. 10. & 11. In hac re autem hec regula poterit assignari, vt quoties absolutio facta sit, ea verba adhibeantur, que personam ab excommunicatione absolui significant. Hec autem communis est absolutionis forma, vt prefati auctores tradunt; *Ego te absoluo a vinculo excommunicationis in quam ob hanc, aut illam causam incurristi, & restituo te sacramentis Ecclesie, & communioni fidelium, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen.* Quamuis si in rigore loquendum sit, non est necessarium addere ea verba, in quam ob hanc, aut illam causam incurristi, valet enim absolutio sine eo quod exprimitur causa, quam ob rem in excommunicationem incidit. Neque etiam necessaria sunt verba hec, *Et restituo te sacramentis Ecclesie, & communioni fidelium* quamuis negari non possit, quin verba hec effectum absolutionis optime explerent. Neque necessaria sunt verba hec, *In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti*, sed satis est dicere, *Absoluo te ab omni vinculo excommunicationis maioris*; reliqua solum de congruitate sunt. Neque necessarium est vt in absolutione absolvens exprimat, vt potest, *Ego, vel Nos*, siquidem is satis exprimitur in prima verbi persona, *Absoluo*.

3 *An vero absolutio valeat, si dicatur: Absoluo te, ad addito, ab excommunicatione, (& idem si non dicatur, a suspensione vel interdictione)* auctores dubij sunt, & Syluester, in verbo, Absolutio, 7. nu. 2. vers. Quartum, non valere putat; ea ratione persuasus, quod verbum *Absoluo* ad diuersa significanda trahi possit, nimirum tam ad absolutionem a peccatis, quam a penis; & propterea exprimi debet, vt sciatur a qua re fiat absolutio. E contrarium autem Vgol. de cens. Eccl. Tab. 1. cap. 2. 3. versus extimat, validam esse absolutionem sic impenfam; Quia si in Sacramento Penitentiae, vbi est forma prescripta, satis est dicere, *Absoluo te*, nulla facta peccatorum mentione, vt S. Th. 3. par. q. 82. art. 3. & Caiet. ibi, & communis Theologorum schola tradant: a fortiori valebit in absolutione a censuris, vbi nulla certa forma prescripta est. Nec obstat Syluestri ratio: quia tractatio antecedens, & petitio absolutionis a censura, vt fieri solet, satis exprimit a qua re absolutio fiat. Non tamen pretermitti debet, quia sic clarius a qua censura fiat absolutio, innotebit.

4 *Quae vero hactenus dicta sunt, non solum procedunt in absolutione simpliciter, & absoluta, sed etiam vbi absolutio sub conditione tribuitur; vt. n. communiter tradunt auctores, duae species sunt conditionis, vna propria, quae in futurum confertur, quae facit, vt actus pendeat, cui adiecta est, quousque conditio aduenit, vt cum absolutio sub hac forma confertur, *Absoluo te, si satisfueris*; Altera impropria, quae aut in praesens, aut in praeteritum fertur, & sitim actus, cui adiecta est, vel infirmat, vel non differt, vt cum dicitur, *Absoluo te, si satisfueris*; in vtraque necesse est ea*

verba adhibere, quae amotionem, ac liberationem ab excommunicatione significant. Quamuis. n. non dicitur, vt S. Anton. 3. par. tit. 24. cap. 77. §. 1. prope finem Angelica, verbo, absolutio, 3. in principio. Syluest. verbo, absolutio, 3. in princ. & Tabiena verbo, absolutio, 3. in princ. & Nauar. in Manual. cap. 26. num. 12. vbi in hac sententiam inclinatur, velint absolutionem sub conditione propria conferri non posse; Rectius tamen alij, vt idem Nauar. in cap. 1. in princ. num. 64. de penit. d. 6. Couarr. in cap. Alma mater, par. 1. §. 11. num. 6. de sentent. excomm. lib. 6. Henriquez lib. 13. de excomm. cap. 29. §. 2. Vgol. de cens. Eccl. Tab. 1. cap. 22. §. primo. §. secundo, docent, eo modo valide fieri, non tamen ante satisfactionem erit absolutus. Cum. n. dispositum in vno ex correlatiuis, & in altero correlatiuo locum habeat, sicut excommunicatio sub propria conditione fieri poterit, & lata valet, vt si iudex dicat, *excommunico te, nisi infra viginti dies Titio satisfeceris*, vt habetur in cap. praeter ea, 2. & ibi glossa verbo, impedire, & DD. ibi, de appellat. & in cap. Romana, §. caueant, de sentent. excomm. lib. 6. ita etiam & absolutio ab eadem sub propria conditione tribui potest; & diu suspenditur excommunicationis absolutio, dare operam debet, vt conditionem suo tempore adimpleat. Imo verum quicquid Nauar. in d. cap. 26. nu. 12. & Henriquez vbi supra, cap. 29. §. 4. existimant sic absolute peccare, rectius tamen Vgol. vbi supra docet, nullum committi peccatum, nisi adderet conditionem, quae nihil ad rem pertinet, vt si diceret, *Absoluo te, si Titius Bononiam inuenit*, tunc enim quia Clauibus Ecclesiae abuti videtur, a peccato non erit immunis.

De excommunicationis vero absolutione sub conditione impropria, & conueniunt eam valide fieri posse, sic Nau. Couar. & alij vbi supra, Tabiena verbo, absolutio, 3. in princ. Angelica, verbo, excomm. 2. nu. 5. quo casu adimpleta conditione, vere absolutus est alius non. Sin aut dubium sit, an is qui absoluitur, excommunicatus sit, vel an iudex qui absoluit, in iudicatione habeat, tunc absolutio non solum adiectis his conditionibus internis *Absoluo te, si excommunicatus es: Absoluo te, si possim*, tribui potest, sed etiam debet: cum etiam baptismus, vbi de eo dubitatur, sub huiusmodi conditione ministraretur, arg. cap. De quibus, & ibi Panor. & ibi DD. de baptismo & eius effectu. Hinc Sacerdotes ante absolutionem peccatorum, premittere solent absolutionem ab excommunicatione, dicendo, *Absoluo te ab omni vinculo excommunicationis quatenus possim, & indiges*: hoc est, si possim, & indiges, & ita sub conditione, vt docet Pan. in c. Apostolica, in 1. de excep. Quae absolutio, ceterum absolutio ad cautelam appellatur. Secundum enim est, triplicem esse excommunicationis absolutionem; *Prima* est, quae dicitur absolutio simplex: Alia quae vocatur absolutio ad cautelam; *Tertia* vero dicitur absolutio cum reincidentia.

Absolutio simplex est illa, quae datur simpliciter, & sine ulla restrictione homini excommunicato excommunicatione valida, id est, de cuius valore non est dubium, quousque dubium esset de eius iustitia, vbi enim constat aliquem excommunicatum esse, non solum si sententia iusta sit, sed etiam si excommunicatus eam iniustam esse contendat, quia talis excommunicatio in foro saltem exteriori ligat, non sub conditione, sed simpliciter absolutio & petit, & tribui debet, vnde interim ligatus manet, qui sic iuste, vel iniuste excommunicatus fuit, donec ab ea vere sit absolutus. Ea enim est vniuersalis Ecclesiae institutio, vt vellet excommunicatum a suo iudice quousque forsitan iniuste, id est, absque eius culpa, interim ligatum esse, ita vt Canonones de excommunicatis statutos, sub penis ab eisdem indictis, antequam absolutionem obtineat, seruare teneatur, iuxta quae traduntur in c. cum contingat, de offic. deleg. & notant Panor. in cap. Per tuas, num. 3. & 4. de sentent. excomm. Philip. Franc. in c. soler, vers. Quinto quaris, & ibidem Genin. §. in secunda, nu. 12. de sent. excomm. lib. 6. Couar. in c. alma mater, par. 1. §. 7. nu. 7. vers. Quarta conclusio, & §. 12. num. 1. de sent. excomm. lib. 6. Vg. de censur. Eccl. Tab. 1. c. 22. §. 1. nu. 4. Secus autem vbi constat sententiam esse nullam, tunc enim nec petitur absolutio,

tio, nec requiritur, quamvis nullam eſſe vt declaratur, pe-
ſi debeat, vt præſati Doctores teſtantur,

8 *Absolutio cum reincidentia* eſt illa, qua etiam homo ve-
re abſolvitur ab excommunicatione valida, ſed cum ali-
qua limitatione, nempe, vt niſi aliquid egerit infra certum
tempus, reincidentat prorsus in eandem cenſuram cum eif-
dem monitionibus, & ſolemnitatibus, cum quibus prius
erat excommunicatus, vt colligitur ex cap. veniens, 2. de
teſtibus, & c. Apoſtolicæ. de except. & DD. ibi, & Couarr.
in cap. alma mater, par. 1. §. 11. numer. 6. verſ. Secundo, de
9 ſenten. excommunicat. libro 6. ¶ quæ abſolutio datur ab
Epiſcopo, aut ab alio inferiori in quibusdam caſibus.
Quorum

Primus eſt, Quando quis in articulo mortis abſolvitur
ab eo, a quo de iure abſolui alias non potuerat; tunc ſi cõ-
ualeſcens eum primum commodè poteſt, ſuperiorem il-
lum, a quo iure ordinario abſolvendus erat, (ſiue is Papa
fuerit, ſiue Epiſcopus) adire cõtempſerit, paratur ab eo re-
cipere mandatum, & exequi, in eandem ſpecie cenſuram
ipſo iure incidit, vt habetur in cap. eos qui, & ibi gloſſ. &
DD. de ſent. excommuni. lib. 6. & Henriquez lib. 13. de ex-
communi. cap. 29. §. 2. Vgol. de cenſ. Eccleſ. Tab. 1. cap. 14. §.
5. Nauar. in Man. c. 37. num. 46. & num. 113. Marian. Soc.
ſeo. in cap. officij, num. 104. de ſent. excommu. Couarr. in
c. alma mater, p. 1. §. 11. numer. 6. verſ. Secundo, de ſenten.
excommuni. lib. 6. Quod procedit, ſiue excommunicatio il-
la ab homine, ſiue a iure lata fuerat. Et quod dicitur de ab-
ſolutione ob periculum mortis, de abſolutione etiam ob
aliquod aliud impedimentum iuſtum, ob quod ſic excommu-
nicatus abſolutus erat ab eo a quo alias abſolui non
poterat dicendum eſt; Si enim impedimento ceſſante,
quam citò commodè poſſit, ei, qui eum de iure ordinario
abſolvere poterat, non ſe præſentat, in eandem excommu-
nicationem reincidentit.

Secundus eſt, cum quis abſolvitur a ſede Apoſtolica, aut
eius legato Nuncio, aut forte a Pœnitentiario Papæ, cum
mandato vt præſentet ſe, vel ordinario ſuo, aut alteri, pœ-
nitentiam ab eis ſuſcepturus, vel vt parti ſatisfaciat, cui o-
bligatus erat; ſi hæc cum primum cõmodè poterit, adim-
plere contempſerit, in eandem ſpecie excommunicationem
reincidentit, vt præſati auctores ſcribunt, qui duo caſus
in cap. Eos qui, de ſenten. excommuni. lib. 6. expreſſe ha-
bentur.

30 *Circa quos caſus* notat Nauar. in Man. cap. 27. numero
113. verſ. Declaratio prima, abſolutione in primo caſu lo-
cum habere a quocunque abſolutio fiat, vt colligitur ex
d. cap. eos qui, in hoc autem caſu ſecundo, ſolum procedit
prædicta pena, quando abſolutio impenſa eſt, a Papa, vel
eius legato, ſeu Nuncijs, de his enim ſoli loquitur textus
vt patet, vnde Caiet. in Summa in verbo, excommu. caſu
69. ſubtiliter annotavit non habere locum in abſolutio ab
Epiſcopo, vel alio delegato, quod idem docet Vgolius lo-
co proximè citato, §. 5. nu. 2. quamvis non malè a Nauar-
ro, & Henriquez vbi ſup. extendatur etiam ad abſolutum
a ſummo Pœnitentiario.

32 *Ad hoc autem*, vt quis commodè poſſe dicatur, tria cõ-
currere debent, *unum eſt*, Quod mortis periculum, aut
aliud impedimentum verè ceſſauerit.

Aterum eſt, vt nulla alia ex cauſa legitime impediatur;
Quamvis enim mortis periculum, aut impedimentum
prius ceſſauerit, ſi tamen aliud impedimentum acceſſerit,
excusabitur, vt verbi gratia, ſi itinera a latronibus obſeſſa
detinerentur, aut timeret inimicos qui mortem eius machi-
nerentur, & ſimilia; quandoquidem in ius vocatus, ob has,
aut ſimiles rationes impeditus, ſi non veniat, excuſatur, vt
habetur in l. 2. §. in iudicio, ff. ſi quis caut.

Tertium eſt, vt commodè poſſit id facere, hoc eſt, ex gl.
in Clem. 1. §. ſin. in verb. Quam citò, de pœnis, ceſſante im-
pedimento, & aliquo modico tempore indulto, quo ſibi
12 de neceſſarijs valeat prouidere. ¶ Tempus autem intra
quod quam citò commodè poteſt, ſe præſentare teneatur,
in foro exteriori arbitrio iudicis relinquitur, vt notat glo.
vbi ſupra, in d. §. ſin. in verbo, Quam citò, quam ſequuntur
Anchar. ibidem, numero 22. verſ. Decimo octavo, &
Marian. Socin. in c. offi. 11. numero 106. de ſent. excommu.

Nau. in Man. cap. 27. num. 113. Henriquez lib. 13. cap. 29.
§. 2. Vgol. vbi ſupra, §. 5. numero 3. in foro autem con-
ſcientiæ ſtabitur dicto ipſius abſoluti, ex glo. Nauar. Vgol.
vbi ſupra, & Caiet. in verbo, excommuni. caſu 69. Anchar.
Marian. Socin. vbi ſupra, argum. c. ſignificati 2. de homic.
& c. T. u. de ſponſal. & cap. ſi vero, 2. de ſent. excommu.
cum in huiusmodi foro nemo ſuæ ſalutis immemor eſſe
cenſeri debeat; quamvis ſi abſolutus ſe id commodè non
poſſe aſſerit, & tamen re vera potuit, in eandem cenſuram
13 incidit. ¶ Deinde, ſicut omnes fatentur, durante impedi-
mento non tenetur mittere * procuratorem ad iudicem
ordinarium vice ſui; ita quicquid Caiet. in verbo, excommu-
ni. caſu 69. & Nau. in Man. cap. 27. nu. 46. & Henriquez
lib. 3. de penitentia cap. 9. §. 7. & lib. 13. de excommuni.
cap. 29. §. 3. dicant ſublato impedimento ſatis eſſet mitte-
re procuratorem vice ſui, quamvis perſonaliter ite poſ-
ſet; verior tamen mihi videtur ſententia illa, quæ aſſimat,
teneſi in hoc caſu perſonaliter ſe præſentare, quam etiam
ſententiam ſequuntur Gemin. in capit. Eos qui, numero 6.
& Steph. Coſta. ſibi idem, num. 16. de ſent. excommu. lib. 6. &
Vgol. de cenſur. eccleſ. Tab. 1. cap. 14. §. 5. numero 4. & vi-
detur colligi ex cap. Quod de his, de ſen. excommuni. vbi
Clemens III. ait, *Ceterum ab his in forma Sacramenti exi-
gi conſuevit, vt reſcriptis viribus, & opportunitate conſeſſa
Romanam Eccleſiam in Propria perſona debeant viſitare,*
& ita capit. Eos qui Bonificio VIII. edictum iuxta pœni-
tem conſtitutionem Clementis III. interpretari debet.
Immo vero ſi ſatis eſſet per procuratorem comparere, nõ
opus eſſet abſolutus ſanitatem recuperaret, & opportuni-
tatem expectaret, prout habetur in c. De cetero, c. ea noſci-
tur, cap. Quod de his, c. Quamvis, de ſent. excommu. &
c. eos qui, eod. tit. lib. 6. Præterquam quod ideo cautum eſt
ſe videtur vt præſentet ſe perſonaliter, vt in poſterum ſic
offendentes magis humiles reddantur, & minus contu-
maces contra eccleſiam ſint, & demique cautioreſ efficiantur,
ne ita facile peccent, quos omnes effectus operari vi-
detur timor ſeu erubereſcentia comparendi perſonaliter co-
ram ſuperiori, qui tamen non conſequentur, ſi per procu-
ratorem ſolum iudex adatur, vt optime Vgolius vbi ſu-
pra animaduertit. Quamvis etiam non male reconciliari
poſſunt hæc due ſententia, vt Gemin. & Steph. Coſta locis
citatis docent quod opinio prima vera ſit, ſi loquamur de
abſolutione, quæ fit in foro iudiciali, illa enim peti poteſt
per procuratorem; ſecunda vero locum habet in foro pœ-
nitentiali; hæc enim abſolutio perſonalis eſſe debet, cum in
ea requiratur introductio in eccleſiam cum pſalmo, &
oratione Dominica, vt habetur in c. cum aliquis, 119. §.
& inferius latius dicitur.

14 *Absolutio ad cautelam*, eſt abſolutio extraordinaria ex
benignitate Eccleſiæ in fauorem excommunicatorum in-
troducenda & ſub conditione impropria tributa, vbi de va-
lore excommunicationis dubitatur. Cum enim iſti ex vna
parte quia ſunt excommunicati, abſtinere deberent de ri-
gore iuris quoſque abſoluerentur; ex altera verò parte,
quia allegant nullitatem ſententiæ, videntur etiam ex ri-
gore iuris ad illam ſeruandam nõ teneri; & quoniam ma-
ior ratio habenda eſt eccleſiæ & prælatorum, quam ipſo-
rum qui excommunicati ſunt; Ideo ex benignitate eccle-
ſiæ conſeſſum eſt, vt tales abſoluantur, non ſimpliciter,
quaſi verè eſſent excommunicati, ſed ad cautelam, hoc eſt,
ad maiorem animæ, & conſcientiæ ſecuritatem, & tran-
quillitatem, vt ſi forte ſententia valida ſit, interim habeantur
pro abſolutis, & omnia, ſicut prius, ſine peccato, aut it-
regularitatis nota, tam diuina, quam profana faciant, &
agere in iudicio & ad actus legitimos admitti poſſunt, ac
demum, ne in diuinis, ac profanis vitentur, ſed tam ipſi di-
uina miniſtrare, quam ab eodem ipſa ſuſcipere queant.

15 ¶ Ob quas cauſas abſolutio hæc ad cautelam dicitur, quia
ſcilicet per ipſam excommunicatus cauert, ne alijs impedi-
mento ſit, aut ſibi ipſi diuina vel humana tractanda no-
ceat, vt colligitur ex cap. per tuas, verſ. Nos igitur, de ſent.
excomm. gloſ. in c. Solet. verb. opponat. Gemin. ibidem, §. in
ſecunda, num. 9. & nu. 15. Anchar. & Philip. Franc. ibi de
ſent. excommuni. lib. 6. & cap. veniens, 2. de teſtibus iuncta
gloſ. vlt. cap. Apoſtolicæ, de except. & Ioan. Andr. & Pa-
norm.

norma ibi, Nuar. in Man. c. 27. nu. 277. Conarr. in cap. Alma mater, part. 1. §. 7. num. 7. & §. 12. nu. 7. de sent. excom. lib. 6. Henricus lib. 13. de excom. cap. 29. §. 5. Vgolin. de censur. Eccles. Tab. 1. ca. 22. §. 1. num. 16. & seq. Steph. Cost. in d. c. solet, num. 46. de sent. excom. lib. 6. ¶ Vnde fit, ut per hoc quod quis petit absolui ad cautelam, nec videtur confiteri se esse excommunicatum, nec presumi potest vere excommunicatus; petens verò absolutionem simplicem ab excommunicatione, se excommunicatum esse fatetur, ut in l. Decem, & ibi Bart. mouet hanc questionem, nisi de verb. oblig. faciunt etiam que notantur in capit. Ad presentiam nostram, R. de appellat. & est optimus textus in cap. venerabilem & ibi Panorm. nu. 22. de elect. Innoc. in c. cum dilectus, colum. 3. de ordin. cognit. Steph. Cost. in c. Soter, num. 1. de sent. excom. lib. 6. Conarr. in cap. Alma mater, part. 1. §. 7. nu. 7. vers. Quarta Conclusio, & §. 12. nu. 1. 6. & 7. de sent. excom. lib. 6. Ratio est, Quia petens absolutionem istam, ex humili corde ad cautelam & timorem anime salutem eam petisse videtur, propter dubium aliquod, quo eius animus vexatur, an sit excommunicatus, nec ne; & ideo ex hoc assumi non debet eiusdem petitio ad probationem, & confessionem quod vere excommunicatus sit.

De natura, origine, & alijs ad absolutionem ad cautelam pertinentibus. Cap. XVII.

S V M M A R I V M.

- 1 *Questiones variae circa absolutionem excommunicationis explicantur.*
- 2 *Absolutio ad Cautelam quidam sit.*
- 3 *Absolutio ad cautelam quare dicta sit.*
- 4 *Absolutio ad cautelam, quanto, & a quo inuenta, & introducta sit.*
- 5 *Absolutio ad cautelam, a quibus sententijs, & censuris peti, & dari possit.*
- 6 *Absolutio ad cautelam, quare in generali interdictione loci concedi non debet.*
- 7 *Absolutio ad cautelam dari debet ad omnibus censuris, a iure, vel ab homine latis, quando est probabile dubium iuris, aut facti.*
- 8 *Absolutio ad cautelam peti potest, & dari debet, quotiescunque ex aliqua causa ipsius sententia nullitas allegatur.*
- 9 *Absolutio ad cautelam fieri debet, vocata a parte, ad cuius instantiam excommunicatio lata fuit.*
- 10 *Parti opponens, nisi intra tempus octo dierum manifestam offensam probet, ad expensis factis condemnata est.*
- 11 *Excommunicatus absolutionem ad cautelam petens, causam nullitatis sententiae explicare, eamque simpliciter saltem probare tenetur.*
- 12 *Absolutio ad cautelam quibus verbis faciend.*
- 13 *Absolutio ad cautelam ad quem efficitur, & finem praestatur.*
- 14 *Absolutio ad cautelam, a quo fieri potest, & debet.*
- 15 *Absolueri ad cautelam in iudex delegatus possit.*
- 16 *Absolutio ad cautelam, an per aduersarium, aut partem, impediri poterit.*
- 17 *Absolutionem ad cautelam, an iudex negare, aut impedire valeat.*
- 18 *Absolutio ad cautelam, quare extra casum manifestae offensae, nec ab aduersario, nec ab excommunicatore impediri queat.*
- 19 *Absolvens ad cautelam, quanam observare debeat.*

1 *Quia verò materia haec de absolutione ad cautelam latius patet, quam vno, aut altero corollario solum explicari possit, & multa in se contineat scilicet necessaria, quae quoad ad praxim reduci possunt, ea omnia ad vndecim questiones reuocabo, ut ita summam saltem materia haec tota absolui possit.*

Primo quidem explicando, *Quid sit absolutio ad cautelam.*

Secundo Quare sic dicatur.

Tertio, Quando, aut a quo absolutio haec inuenta & introducta sit.

Quarto, A quibus sententijs absolutio ista petatur.

Quinto, Quando fiat huiusmodi absolutio.

Sexto, Quomodo fieri debeat.

Septimo, Per quae verba fieri debeat.

Octavo, ad quid, seu ad quem effectum absolutio haec fiat.

Nono, A quo fieri debeat haec absolutio.

Decimo, An per aduersarium, aut partem impediri possit ista absolutio.

Vndecimo, Quae observanda sint in absolutione ad cautelam.

2 *Circa primum*, Quamuis DD. communiter in c. solet, de sent. excom. lib. 6. vbi Anch. num. 5. Gemin. §. in secunda, nu. 8. Franc. & Ioan. Monach. & alij, ita definiant; Quod absolutio ad cautelam sit vera, quos, seu putatiua ad excoicatione liberatio, eos res tangit prospiciens; Rectius tamen Ioan. Andr. in d. c. solet, in Nouella, & Vgolin. de cens. Eccl. Tab. 1. ca. 22. §. 1. nu. 4. & Steph. Costa Repet. in d. c. solet, nu. 44. sic definiunt, Absolutio ad cautelam est ab Ecclesiastica censura absolutio sub conditione impropria tributa, vbi an censura valeat, ob periculum quod inesse potest, dubitatur. Quia definitione comprehenditur absolutio tam ab excommunicatione, quam a suspensione & interdicto duammodo tamen tale interdictum, sit particulare, & non generale, ut habetur in c. presenti, de sent. excom. lib. 6. & ex his quae inferius dicemus, manifestum erit. In eo autem quod dicitur sub conditione, vbi an censura valeat, dubitatur, distinguitur ab absolutione simplici, vbi enim certo constat sententiam valere, simplex absolutio datur; vbi vero censuram irritam certo constat nullam esse, absolutio nulla requiritur; vbi autem censura valeat, nec ne, dubitatur, absolutio ad cautelam, & proinde sub conditione, tribuitur.

Ad secundam verum dubium, quare nimirum absolutio ad cautelam appellatur, ex dictis constat, quia per eam cautum est, providere circa futura contingentia, tam respectu illius qui eam petit; quia si habet scrupulum conscientiae, quod sit excommunicatus, prouidetur sibi per eam, ita ut sine peccato aut irregularitate, diuina, & humana, sicut prius pertraheret; quam etiam respectu aliorum; quandoquidem absolutione hac obiecta, poterunt alij sine periculo tam in iudicio, quam extra iudicium, tam in profanis, quam in diuinis cum illo communicare.

Quod Tertium communiter affirmant DD. in d. cap. Solet, nihil de hac re per antiquam ius dispositum fuisse, sed solum iure nouo introductam esse absolutionem hanc quae ad cautelam appellatur, de hac enim loquitur Gregorius X. in c. presenti, de sent. excom. lib. 6. & ante eum Innocentius IV. in c. venerabilibus, eo. tit. & libro. & ante hos Gregorius IX. in cap. apostolica, de exceptio. & ante illum Honorius III. in cap. Venerabili, de sent. excom. n. & ante hunc Innocentius III. in c. veniens, 2. in fine. de testib. & attest. in cap. Per tuas, de sent. excom. & ante hos omnes Clemens III. qui ut ait Ioan. Andr. putatur esse primus, qui expressit hoc verbum, *Ad cautelam* in cap. cum desideres, de sent. excom. Quamuis forsitan secundum eum, haberi potuerit eius effectus, tempore Alexandri III. ut colligi potest ex cap. Ad presentiam, de appellat. & not. ibi.

Circa quartum, Primo dicendum est dari posse in omnibus censuris excommunicationis, suspensionis, & interdicti, excepto interdicto loci generali, ut docent Anch. in c. Soter, nu. 5. Gemin. ibidem, §. in secunda, numer. 11. Philip. Franc. ibidem, vers. Quarto, & Steph. Costa, num.